





# INDEX SCHOLARVM

VNIVERSITATE LITTERARIA  
GRYPHI SWALDENSI

PER SEMESTRE HIBERNUM

ANNI MDCCCLXXVII LXXVIII

A DIE XV MENSIS OCTOBris

HABENDARVM.

---

L N E S T

VLADIMIR DE WILAMOWITZ MOELLENDORFF  
DE RHEI SCHOLIS DISPUTATIVNCVLA

---

GRYPHI SWALDIAE

TYPIS FRID. GVL. KVNIKE.  
MDCCCLXXVII.

$$\begin{aligned} \mathcal{E}_\text{max} &= \max_{\theta \in \Theta} \mathbb{E}_{\pi_\theta} \left[ Q_\theta(s_t, a_t) \right] \\ &= \max_{\theta \in \Theta} \frac{1}{N} \sum_{n=1}^N \sum_{t=1}^{T_n} Q_\theta(s_t, a_t) \end{aligned}$$

$$960745$$

# UNIVERSITATIS LITTERARIAE GRYPHISWALDENSIS

B E C T O R

## C A R O L V S H V E T E R

CVM

### CONCILIO ACADEMICO

S. D.

CIVIBVS ACADEMICIS.

—

De scholiorum Euripideorum origine et auctoritate nihil plane exploratum esse K. Lehrsius, gravissimus in tali causa index nuper pronuntiavit (de Pindari schol. p. 79). neque videtur nobis de tristissimae sententiae veritate multum detrahi posse, etiam omni laude Th. Bartholdum privare nolumus, qui dissertatione *de scholiarum in Euripideum veterum fontibus* Bonnae 1861 edita summos in philosophia honores obtinuit. laudabili enim diligentia grammaticorum reliquias illustravit quorum memoria in eorum quae nobis servata sunt scholiorum ariditate per casum non interiit. quod vero dispositis per stemmatis flexuras aliquot nominibus magnam rem conjectam, singula quaeque ad auctores suos revocata esse opinatus est: fecit hoc praepostera quidem sed tamen frequenti saeculi facilitate, sic enim hodie itur ad astra, qui paullo modestius de eis quae sciri possunt sentire didicerit, paucissima adfirmabit, a nulla re vero magis anxie cavebit quam ab inani illa certorum nominum captatione, satis beatus, si pedetemptim procedendo per avios et lubricos campos semitam tandem repperire potuerit. quam semitam sterni non posse nisi scholia eadem artis severitate et recensentur et emendantur atque cetera litterarum monumenta, non egere credimus demonstratione. debemus autem sicut in multis aliis scriptoribus ita in scholis Euripideis industriae G. Dindorfii quod duplex illud critici munus suscipere possumus; ne acta ageremus idem editor ipse curavit. sed ne conferendorum quidem codicum taedio supersedere propter Dindorfianam editionem licet. non loquimur de Vaticano, quem in scholis multo adecuratius quam in ipsis Euripidis versibus notum esse scimus: loquimur de Marciano, cuius quae vulgo conelamata esse creduntur scholia omnia recuperari posse confidimus etiam sine venenis (quae nihil tamen est cur non adhibeantur).

modo homo et diligens et sobrius oculos pariter exercitatos pariterque firmos ad utilissimam operam advertere voluerit. sed antequam aliquot saltum exemplis sententiac nostrae veritatem demonstremus, unum ipsius Hecubae versum ope Marciani emendabimus, ut ne testimonium desit posse aliquid utilitatis etiam post Kirchhoffii conulationem ex Marciano percipi: quamquam multo exilius quam in Vaticano specielegium est. vociferatur Hecuba v. 619 οὐ σχέψατε οἶκον, οὐ πατέρα εἴσογεις δύραν τοῦ πάτερος εἰχον καθίσταται τοῦ εὐτελεῖτά τε Ηρίζους, γεράκις οὐ τόδι ἔργο γένεται τέλοντος. Ω; Εἰ τὸ μάθημα τούτον. dubitabant olim de v. 620 constructione, et est profecto contortior quam quae tolerari possit. opūlatum ibat Kirchhoffius proleta Marciani lectione καθίσταται εὐτελεῖτά τε, sed recte et ali et nuper ipse Kirchhoffius non minus inconcinnam lectio- nem abiecerunt, atqui intulit illam corrector in eius locum quam et scriba et ipse olim Euripi- pides dederant οὐ πάτερος εἰχον καθίσταται εὐτελεῖτά τε Ηρίζους, addimus praeterea non penitus in Marciano interisse vestigia verae terminationis τετοίς, pro qua τετοίς scribere consuevimus; idem de egregio codice Φ demonstratum est in Aulalectis Euripideis p. 11; denique integrum aliquotiens evasit θυμάσιον velut Andr. 493 Orest. 1075, 1232.

Scholia adscribimus tria Andromachae singulare doctrina non minus quam ingenti corruptione insignia, atque eius quidem quod ad v. 10 adscriptum est prima et ultima pars etiam in Vaticano libro extat, sed multo magis corrupta ita ut peculiares eius errores repetere nihil invet. Αὐτόμαχος (sic C. Mueller: Αὐτόμαχος MV) καταγραφεῖ Εὔριπιδον οὐκανής θάρον κύτων ἐξειληρένα τὸ περὶ "Οὐαίρος θερίειν" τὸ τις Αὐγίστον "Ρίζα γεράκης θάρον τόπον πάργου" (οὐδὲ male addunt MV) οὐ παντοτε γενένεσιν οὐδὲ εικασθέντες έστιν οὐδὲ κύτης οὐδὲ τοῦ. Cobetus: θάρ' οὐδὲ V. om. M), οὐδὲ εἰ θέλεις καταχωθεσσόντες τὸν πάθην τὸ θάρος. Σύνθον δὲ τὸν τὴν Αυδίσκη φημένην θάρον τομιστι libarius nonnulla, ex. gr. πρώτον εἰρηνούντι τὸν πάθην περὶ Λαστι- νακάσσας πόρος οἱ λεπτοί οὐτι Εὔριποδην] Ξεγνθεὶ ποτετέρων περὶ τῶν προτοτον [ξεπιληγόν], τοῖς δὲ χρησιμοτέροις ποτετέρων [καὶ] πιστοτέροις Σπασίγρων μὲν γέρας ποτορέων (Cobetus: Σπασίγρων π. γ. πιστορέων MV) οὐτι πεθνάσαι καὶ τὸν τὸν Ηερίπιδην συντετυγμένης ποντίνης οὐτι καὶ τὸν τεί- γρον γένθειν. quadratis cancellis supplementa saepissimum excoigitata coram codice: ibi denum inveniri possunt quae obscuris litterarum vestigiis satisficiant. Longe autem gravissimum est quod in Marciano post ea quae adscriptissimus verba scholion per quinque codicis versus continuatur, qui apud Dindorfium decem versus expleturi essent, ac nobis quidem non magis quam Cobeto aut Iosepho Muellero contigit ut praeter pauca vocabula velut Εὔριπιδης, περὶ Ελένου, τὸν δὲ Αὐγίστον καὶ ξετίχη δὲ quicquam expiscaremur: nolumus vero thesaurum celare, quia ipsi promendo ei impares fuimus. alterum scholion v. 32 est, ubi in Lysimachi fragmento nihil est quod suppleatur nisi exhiberi a codice ipso Cleodaci patrem Herenlem: conjectura idem asse- cutus erat C. Muellerus: quartum autem Lanassae filium vocari Eurychorum, secuntur haec πάθη Αὐστίχηρος Φιλοκλέας δὲ οἱ τριγραθόποντες καὶ... προειδεύοντες θάρον οὐτοῦ Τυνδάρεος τὸν Εριμόνων τῷ Ορέστῃ [εἰτε δὲ] οὐτερον (adparuit nobis in codice εστι: sed adhredet Caroli Roberti con- jectura) οὐδὲ Μενελάου δοθέντα [Ν]εοπτερού[ε]στερον, non ingrataen fore Philoclis resuscitatam memoriam confidimus, in ultimis scholii versibus ab emendatione manus continere malumus, est autem quod speremus ex Dindorfiano et eo quod adponimus exemplo concinnatum iri quamvis lae- rum verborum contextum, et adparebunt plura oculis acutioribus.

οὐκ ἔτι πρόσθιαν ἀδείαν τοις... προ-

προς πατέραν δὲ μηδέποτε συμβαλεῖ... προς δὲ την

κατάτοπην ἡγεμονίαν προστίθειν

πίστην; δε τὰ γαρ ἐπιδιώκεται περιπτώσεις οὐδὲ τὸ πέμπτον

δε τὴν ἑπτατοπήνταν; εἰπετον παραγγελίαν  
προξένων; δε τὸ τέταρτον

οὐδὲ τὸ πέμπτον προξένων;

demique duos versus adscribimus in quorum lectione frustra multis horas consumpsimus, nam legimus quidem pleraque, sed nihil intellegimus. v. 631. ἔργουν φύσιονται τοι περὶ Ἑρακλεοῦς γαρ Αρεοπόλεως νοῶν κατάλειπεν (hoc est κατάτοπην) ἡ Εὐελπία κλεψίτης διακέφεστη τοι Μενείτην ο δὲ ὅτι εργάτης ἔργουν τὸ ἔργον τοι πάρα πολλ... δι... καθισ... επος (haec praeferat accentum et non plane certa) ἡ περίπτωσις διαπραγμάτευτη γράμμων —

Satis docuimus ne fundamenta quidem recensionis non posse amplificari, nescivisse Dindorffum saepenumero bona veterum librorum lectione uti non opus est enucleatus expunatur, cum luculentissime exemplo demonstratum sit a Kirchhoffio Hermae VIII 184. emendatio quomodo habita sit in eis partibus quae hoc demum saeculo immotuerunt, exempla ex Andromacha et Alectide sumpta ut quodque fors obtulit docebunt. Androm. 351 ἔστιν ἔστιν ἔνεγκασθιν πολλάκις εἰνόν, οὐ ἐστὶ φέρειν τὸν ἄνδρα, οὐ καὶ πολλάκις πολλάκις γράπται, οὐ τοῦτο ποστότηται οὐ ἔγειρι λέγειν, πολλάκις ολίμη τοι πολλάκις. — Androm. 57 ἔπειται οὐ καὶ οὐδὲ εἴρην τοι Τροίας ἄνδρα φύσιμου πεδόνα, — notat scholiasta fuisse qui scriberent τῷ τοι, interpunctione scilicet post τέλον posita: γρ. τῷ τοι μὲν τὸ τέλος; τοι διδύκτος οὐ τὸν δεσποτισμόν. Fuit μὲν τὸ τέλος; οὐδὲ φύσιμον τῷ τοι, τὸ δεσποτισμόν (πεδόνα). — schol. Parisin. Aleest. 22 "γιγαντος γιγαντος αγρά" περιγραφεις ἔκπονον legendum κάπτει. — versus 49, 50 hi sunt "ΘΑΝ. κτείνειν οὐ τὸ γράπται πούτοι γαρ τεταγμέναι. ΑΙΙ. οὐδὲ, ἔλλει τοὺς γελήσασι Θεοντον ἐγκρέπειν" ad quae scholia spectant 49 εἰς τοῦτο γε (γράπται codd.) δοκιμ. πεισαι, τὸ φρεσένειν οὐ τὸ πεπρωτεῖν. 50. γελήσασι τοὺς γεγραφεσσας τοῦτο γαρ λέγει γελήσασι γραμμάσιν γράπται ζεύς Κέανη (ἐν τοῖς ζεύσι Vaticanus, ceteri prius etiam) λέγων: οὐ γράπτειν οὐ πεπρωτεῖν, ἔλλει γελήσασι τοῦ; θεον φέτειν οὐ γένεσις (τοῖς addendum) γέρεσσι Θεοντον ἐπαγγειλ. ἔλλεισι οὐδὲ τοῦτο οὐ θεον πεισαι (ποιησαι codd.), τὸ κτείνειν οὐ τὸ γράπται πούτοι γαρ ὀμοιότηται ἔλλει τοι τὸ τοὺς γεγραφεσσας ἔντυπον. — nihil sunt quae Dindorffus ad v. 132 adscripsit: opus tantum est distinctione οὐ έδει ποιεῖν τετέλεσται τοῦ Αθηναίου. οὐ δε τὸ εὔξεσθαι, τὸ οὐδεσσι τοις θεοσι, "τὸ προστέραξ" (v. 148) έτι τοῖς etc. ac legi suo loco scholion adscriptum in quamvis vili libro Laurentiano 31, 15. similiter quae in scholio 247 ad temeraria pelleverunt Matthiaicum enodanda sunt: adnotarunt ad principium praeclaras scaenae nescio qui τοὺς φύσιδος ὑπομνηματισχεμον, ut aliquando audiunt. εἰσὶ φύσις πεπλεύσασι (φύσις διδύσται codd.) τὸ περὶ τὸ τῷ Αγρεσοντι πορθμείσις, reliqua omnia una cum Duridis fragmento ad Ioleiacum Peliae regnum i. e. ad v. 249 spectant. ceterum refer schol. 307 ad 308, 527 ad 529, 566 ad 569, 723 ad 724, et ex schol. 258 traice verba ἐπαυδή περὶ πλοίου ὁ λογος ad schol. 257 ψυχολογίαν ἐποδηγίαν, et 324 emenda "γνωστοὶ ἔρισται" ἔγειρι δικονται (325 "ἔριστε δε γνωστοί") ἔρισται. (ἔρισται codd.) οὐδὲ τοις λέγειν οὐ τοῖς καὶ οὐ τοῖς λέγειν οὐτολογεῖται. — ridiculous error inest scholio 330 οὐδεμίας ἔλλει γράπται γράπται "οὐ ποσι", οὐ γράπτειν γράπτειν:

opinor λάθος. — schol. 311 ιστος; ἔστι πᾶς (lege πᾶς) ἡστὸν ἐκυπεφύγειν, παρηγόριαν γὰρ ἡγει πρὸς τὸν πατέρα. videtur nobis adulescens libera lingua in omnes fortasse homines uti, excepto uno patre in cuius manu est. et est apud Euripidem "καὶ πᾶς μὲν ἡστὸν πατέρα" ἔχει πόλυρον γέγονον" fuit apud scholiastam παρηγόριαν ἡγει πατέρα τὸν πατέρα. credi non potest quotiens minime rarus ille usus praepositionis πατέρα a librariis editoribus obscuratus sit, et dicemus de hac re fortasse aliquando explicatus, nunc unum et nobile exemplum sufficiat. in epitaphii Thucydidei peroratione locus est gravissimus, in quo emendando super copiphores desudaverunt, non vidimus qui apertam veritatem tangeret. haec enim Thucydides scripsit: πατέρα δὲ καὶ ἔστι τῶνδε πάτερες οὐδὲν γέγοναν ἀλλὰ γόλις ἂν πατέρα ὑπερβούσκων ἡσεῖται; οὐγά δύστοι οὐδὲν διέτη γέγονος κατέτειν; φίλονος γάρ τοις ζεστοῖς πατέρα (πρὸς codd.) τὸ θυτικόν, τὸ δὲ γῆρας ἐμποδόν θυντερωνίστα εἰνίοις τετίκηται. post ἡγένον omisimus putidissimum glossema quod Steupius tandem ressecuit τὸν γάρ σὺν ὄνταις οὐτας εἰσιθεντικανεῖν.

Non opus est ut plura coacervemus: quicumque medio criterio graece doctus scholia pertractaverit centenas mendas facile indagabit non minus pueriles. eequid vero de origine et auctoritate scholiorum investigari possit experiri libet in Rhesi commentis Vaticanis. quae hoc ipso saeculo protracta ex libro qui unus ea continet multorum hominum oculos in se converterunt cum propter frequentem spectatissimorum grammaticorum commemorationem tum propterea quod quaestionem de Rhesi ipsius origine Hermanni Welckerique aetate studiose tractatam multum promovere videbantur: tamen nondum extitit qui discretis quae in Vaticano libro coahuerunt partibus sano iudicio viam muniret. ut autem discerni omnino scholia Vaticana possint effici utilissimus etiam in vilissimis adnotatiunculis liber Laurentianus C, qui Rhesum ex diversae recensionis fide destitutamque omni veteris doctrinae ornatu propagavit, continet tamen cum in aliis tragoeidiis tum etiam frequentius in Rheso notulas partim intra versus partim in marginibus positas quibus singulæ voces explicantur. quae glossemata (vix enim alio nomine digna sunt) per se spectata nihil sunt, ac vel unico loco quo grammatici auctoritas adpellatur (817 μαρτίνης οὐτας παροξύνει ὁ Ἡροδίτης ἐν τῇ αὐθόδοξῳ) Lentzus fidem derogavit. iam vero eadem aut simillima certe haud raro etiam in Vaticano comparent, ornata aliquando rarissimæ eruditioñis floribus; veluti ad v. 419 in Laurentiano adscriptum esse nos testamur (neglexit enim Furia) ἄκμασταν εἶδος ποτερίου, Vaticanus habet αἱ μὲν ποτερίου εἶδος — τωὲς δὲ ἐπὶ ἀπεισοῦ πόσσως; et utramque explicationem exemplo ex comoedia sumpto illustrat. coniecerit igitur quispiam superesse in Laurentiano exiles eiusdem commentarii qui in Vaticano minus decurtatus est reliquias. at improbamus proclivem opinionem, cum ei et Laurentiani vel potius archetypi codicis Φ natura in tot tragoeidiis spectata refragetur, et singularis plane sed constans per magnum numerum ipsarum notularum indeoles longe aliam commendet explicationem. nullum enim ex his scholis uni convenit Rhesi loco, cui adscriptum est (præter 873, quo Vaticanus caret, nullius pretii), contra omnia in vocabulorum notione definienda versantur, omnia lexicon sapiunt. atqui notissimum est eandem veterum grammaticorum doctrinam lexicis quae quotannis paene nova compilabantur inde a secundo p. Chr. n. saeculo ad ultima scholæ Byzantinae tempora propagatam esse, neque quidquam miri habet si eadem vocabula ex diversis exieciis diversissima aetate similiter explicata offendimus, adprime autem congruit quod eadem

sumislesve explicaciones hodie etiam et in aliarum tragiciarum scholis et in lexiis prestant  
ef, ut in uno nos contineamus, schol. 341, 419, 711, 789 cum Hesychio s. v. πέλτη ἡρακλεί<sup>η</sup>  
πελταράς πελτήσις; peltae descriptio totidem verbis repetitur ad Aleest. 498, et ex Harpoeratione  
s. v. πελτηράς, quem Dindorius ad Rhesum adscripsit, ultra consequitur in schol. Aleest. 4134  
Aristarchi nomen ex Aristotele esse corruptum nolumus commorari in re aperta; intrusas  
autem glossas esse a manu non minis prudenti in commentarium Vaticanum uno sed eodem  
luculentissimo comprobatur testimonio, in scholio enim 36 postquam ex enchiridio mythologico,  
quod primo p. Chr. saeculo iam in usu fuisse demonstrari potest, variae quae de  
Panis stirpe fuerant fabulae narratae sunt sequi debobat Apollodori de Panico terrore doctrina,  
quae ex eodem enchiridio huc devenit: at dirimuntur partes coniunctissimae exili corundem  
Panicorum explicatione quae simillimis verbis comprehensa etiam in Laurentiano conparet  
(p. 23, 6--11). semovetam igitur totam hanc scholiorum classem variis temporibus per  
varias manus antiquo commentario inlatam, perscribimus scholiorum quae hue referenda  
ducimus omnium numeros, in eis quorum vestigia in Laurentiano nulla sunt similitudine  
ducti: 2, 33, 36 (p. 23, 6--11), 58, 68, 177 (usque ad δούσιν ἡπάτεων), 207, 274, 282, 311,  
322, 372 (πεδίζεων), 419, 430, 440, 442, 446, 469, 711, 721, 741, 785, 789, 817, 825, 855,  
quodsi cui in eis de quibus certo dici nihil potest aliter iudicare libuerit, nos quominus ea ad  
alteram classem referat non prohibemus: neque enim quidquam ad summam rei facit.

Alterius classis numeros non enotamus, quandoquidem praeter scholia iam significata  
et tertiam de qua explicatus dicemus classem tota scholiorum moles uni homini adscribenda  
est, quem paraphrastam vocare licet. facile erat post luculentissimam Lehrsii disputationem  
cum in ceterarum tragiciarum scholis tum in Rheso paraphrasin deprehendere manifestam,  
atque plurimum utilitatis ex hac cognitione perceptum iri confidimus, modo ne quis perniciosissimo  
omnia ad eandem amussim exigendi studio quidquid de unius tragiciae scholiis exploratum  
est ad omnes tuto transferri posse opinetur. de omnibus vero negari tutissime potest, exitisse  
umquam integrum vel in solis canticis paraphrasin quales Homeri Pindari Lycophronis  
extant, nam eam Hecubae interpretationem quam e Guelferbytano codice Dindorius protraxit  
et si quae similes sunt Moschopuli Thomae Triclinii sordes, nequaquam in legendorum sed in  
comburendorum librorum numero habemus, quandoquidem disci ab istis effetae Constantino-  
polis magistellis nihil potest, cum ne melioribus quidem veterum scholiorum codicibus quam  
quales hodie extant usi esse videantur. itaque grammaticus cui inutiles libri necessario legendi  
sunt plurimi a taedio isto plane supervacaneo abstinebit, nisi recte refertur inter bestias quae  
pulvere vesci gaudent.

Rhesi paraphrasta vetus ex eis dicendi formulis quibus distingui paraphrases Lehrsii  
exposuit duabus uititur saepe ράβω et τὸ ἔξης, semel τὸ ἔξης; τοῦ νῦν, semel ὁ δὲ λέγει τοῦτον  
ἔστω: numquam invenitur ὁ νῦν, ὁ λέγει nedum ἢ συντάξις. i nunc et compara in eodem libro  
servata Troadum scholia: intelleges cur de Rheso verba facianus sola, nam ne hi quidem  
commentarii ex eodem fonte promanarunt. Rhesi igitur paraphrastam, sicut de aliis constat, prae-  
tereaquam quod poetae orationem totidem vulgaribus verbis reddebat addidisse constructionis  
sive perplexae sive ambiguæ explications et siquid aliud, veluti personarum quae inducuntur

nomenclatio, brevem admittebat enarrationem cum certis quibusdam locis patet tum parilis docet ieiunitas quae in his atque illis adnotationibus regnat; exquisitoris doctrinæ nullum vestigium est, nullum grammatici nomen, nullum nisi Homericum testimonium conparet, ita ut utilitatem ex paraphrasi omnino non essemus percepti nisi paucas servasset lectionis discrepantias. denique non mirabimur si in libro Vaticano nonnumquam eadem explicatio bis videtur proferri: factum enim est aut ubi duplex a paraphrasta proposita erat explicatio, repetita scilicet olim ad ipsum versum ea quam ille commendaverat, aut repetitis post longiorem paraphrasin singulorum vocabulorum interpretationibus: quod item ex interlinearibus glossis ortum est. quae contendimus satis illustrari arbitramur paneis exemplis excerptis. coniunctam habes grammaticam explicationem de trivio sumptu cum paraphrasi v. 247 ἐπει τεκομόδηνται οἱ Φρήγες ὡς δεῖσι, φράσι δὲ οὐ δεῖ παντεῖσις ἀπωλέσιν τοὺς Φρήγας ἔστι γάρ ἐν κύτοις θράσσους καὶ ισχύς, ὡς ἐδείχεν ὁ Αἰλον. dixit de καὶ paraphrastarum Lehrsius p. 21. v. 479 ἐν ἐμοτάσαι τοῦτο προενεκτέον οὐκ οὐτοὶ εἰσαὶ οἱ ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων οἱ ἐντοῦθι ἀλούντες: v. 381 ταῦτα πρὸς τὸν 'Ρῆσον ἐπιστρέψαντες (ἀποστρ. V) λέγοντας "οἱ μέγαροι βραχίονες", ἤδηντες δηλούντες (δὲ V) κύτον. bis eadem proferri videntur locis qualis hic est v. 481 ογκος (?) ἀλανογενεῖς κύτοις (καὶ τοὺς V) καὶ πολεμοῦντες ή δὲ καὶ ἔτηρης κύτοις καὶ οὐκ ἐκραχίζοντες κύτοις ἀλλὰ πάντα κάρυνται καὶ γῆγαν ἐμπροσύμενται τοὺς κόπους μαχήμενοι κύτοις καὶ Οργῆς (sequitur ε 290). altera explicatio olim intra versus repetita nunc ante scholiion legitur καὶ οὐκ ἐκραχίζοντες κύτοις ἀλλὰ πάντα κάρυνται (πάντα κινόντες V) πρὸς τὸ ἀποστολαι κύτοις. v. 361 - 64 paraphrasis haec est γάρ ποτε, φράσι, ὑποστρέψαντο τὸν Ἑλλήνων ἥρεις μετὰ εὐθεστίνης διαζέρουν καὶ δὲ ὅλης ἡμέρας: γέγεναι καὶ τελέσει η πόλις τοὺς ἐν τοῖς συμπασίαις χρόνος ταῖς τον κατίλιπον φύλακεις: λέγει δὲ τὰς προπόσεις ἡτοὶ τὰς συνελαύχεις: οινοπάντητοι δέ, τοῖς διὰ τοὺς οἴνου παρκρησούσας τον νοῦν. secunduntur glossas ὑποδεξίαις: ὑποδεκτικαὶ ἡπὸ τοι κώλυσι, λέγει δὲ τὰς προπόσεις ἡτοὶ τὰς συνελαύχεις: γέγεναις φύλακεις κώλυσιν οἴνον ποσειν οινοπάντητοις: ταῖς διὰ τοὺς οἴνου παρκρησούσαις τον νοῦν. conferantur, nam exercibere taedet. v. 251, ubi eximenda verba διὸν Μυσίς ἔστιν οἱ ἀπωλέσιν γάρ, οἱ ἀδόκιμοι glossa interlinearis: v. 183 ubi inde ab ἄλλοις ipsa repetit prior explicatio: 547 ubi ex diographia concludimus fuisse qui recte intellegenter lusciniā in Simeonis sanguinolento cubili cantare. superant similia minoris etiam momenti. at magni refert seire quam antiquis fere fuerit paraphrasta. ac terminum certe post quem fuerit figere licet beneficio iterum laudandi libri Laurentiani. nam quos eadem stirpe oriundos praeter Laurentianum Kirchhoffius adhibuit Harleianum et Palatinum, ex eis Palatini nullam esse prae Laurentiani genuina scriptura auctoritatē sciunt hodie omnes nisi quis aut stultitia aut contumacia obceccatus est: Harleianus interpolationem passus est ex Byzantino prioris familiae libro. itaque nos et in hac scriptione solo utimur Laurentiano, quem sollerter excussum, et uteremur si nova Rhesi editio, qua opus non est, adornanda nobis esset: uno loco Laurentianus veram lectionem nobis obtulit, omni ex Abdina propagata, expulsam a Kirchhoffio, receptam a Dindorfio tamquam Musuri conjecturam v. 273 γάρ γάρ γάρ: ceteri μάρις: στρατηλαχτῶν Στείγεις φύσις σαι. sed in longe plerisque multo deteriorem Vaticano Laurentiani esse recensionem concedendum sane est (ne hac quidem in re Troades cum Rheso faciunt; Vaticani enim

lectiones persaepe a Palatino vinci et Nauckius exposuit et pluribus etiam ei docendum erit qui novam Troadum editionem, qua opus est, adornare instituerit), tamen tribus locis efficitur derivatam esse a communi stirpe alteram Rhesi recensionem ante paraphrastam: desudat enim ille in explicatis vitiosis lectionibus, ubi Laurentianus aut verum aut vero proximum exhibet, sub linem scaenae eius in qua pastor Rhesum auxilio tandem venire adiunxit, ordinem versuum codices exhibent omnes perversum, sed hinc communi labi Nauckius medicatus est: cedit igitur Hector qui antea Rhesum tanquam hospitem non vero tanquam bellum socium recipere voluerat monitis et chori et muniti, laudatisque utrinque consilii scaenam concludit ita ἡ γραμματική; οὐδὲ ἡ τρέπων τογεν; Πάσος παρέστη τόδε σφραγίζει γλυκό. hanc Vaticani scripturam non posse ferri Nauckius intellexit, sed delapsus est ad mirabilia cum Laurentianum neglexit. postulamus enim hanc sententiam "veniat Rhesus, quoniam exhortationibus cedo, tanquam socius." est communis alterius familiae emendata lectio παρέστω, at paraphrasta bene quidem intellexit οὐδὲ ἡ τρέπων τογεν illud, in quo Nauckius heterobat. παρέστη vero ineptissimum repetit 339 ἐπὶ κακοῖς παρέστην ἡ γραμμή; τὸν Πάσον εἰς σφραγίζει δέξεσθαι, λαπίν τετα. — non absimilis est aliis scaenae linis, corruptus in omnibus libris, quem strictim emendabimus. suadet Ulixes Diomedi, ut e castris Trojanis re infecta revertantur, Diomedem fugae pudet, ait ille satis se fecisse occiso Dolone, intervenit Minerva, fugientes retrahit. secundum tragediae consuetudinem, a qua ne hic quidem poeta recedit, Diomedes edere se Ulixis rationibus diserte debebat pronuntiare. scribendum igitur post Ulixis illa 593 ἡ πᾶν στρατόπεδον πέσουν δοκεῖ; ΛΙΟΜ. πεθείσ, πάλιν στείχωσεν εὐ δ' εἰς τογεν. traditum est πεθεός omissio Diomedis nomine, sed in viam redimus. v. 215 chorus cantat, fortium virorum inopiam esse ubi res publica in mari gubernatoris artem cludat et fluctibus iactetur. ἡ σπενίς Τῶν ἡ τρέπων ὅταν ἡ Λυσσίν; ἐν πελάγει καὶ σκληρός Ηλέας δυσάλιος; certa emendatione recuperavimus dum e Laurentiano enotamus quod alteri familiae commune est δυσάλιος; vidimus autem nuper idem iam proposuisse Musgravium, item a δυσάλιος; profectum. hodie ne commemoratur quidem Musgravii emendatio, cum omnibus includat absurdum Vaticani vitium δυσάλιον absurde a paraphrasta explicatum ὄντως; σπενίς τῶν ἡ τρέπων γένεται οταν οἱ; εν πελάγει τὸ τῆς απτούσιος δυσάλιον ἡ καὶ ζορθέδες καὶ σκληρός πόλις, sed nihil luculentius quam v. 370 ubi chorus haec ad Rhesum obice Achillis ovoidis peltam sublatam e transverso ad oram curvus (ἀνταῦτης eur σχιστή vocetur sciunt qui vascula picta non contemnunt) equos incitans, hastam vibrans. τὸν ζηγρισμὸν Ηλέαδης προβάλλον κατ' ὅρμην πελάγους Λυσσίν πεδίον Σχιστὸν παρ' ἀνταῦτης πολίους (ita Reiskius, καλος C) ἐρεθίζουν Μεσσίους τὴν ζορθέδην πελάγων. paraphrasta haec nugatur πλευρίου μετεσφεύγον τὸν πελάγον παρὰ τὸν σχιστὸν κατῆν; περισσέστεν — σχιστὸν λέγει παρόσσου οἱ πόρπηνες σχιστόντες (παρρηγένετες; V. quod videat a Vatero explicatum qui incredibilibus delectatur) διαχρινόσσου ἡ οτι ἡ πελάγη πετράχιονός ἔστω ἐξαγγής ἔγουσα. excusaturo vero inepitiae eo quod peltae oram paraphrasta necessario debebat intellegere: nimirum in omnibus prioris familiae libris equorum aut curieuli nulla fit mentio interceptis vocabulis καλος ἐρεθίζων. cum igitur scholiorum consensus cum ea quam comitantur familia manifestus sit etiam in vitiis, contra nusquam cum Laurentiano contra Vaticanicum faciant nam veriloquium v. 68 neque tuto ad paraphrastam refertur, neque si referendum est quidquam probat) tenemus Rhesi certe paraphrasin post derivatas a communi stirpe codicum familias

conditam esse: quam cognitionem et per se magni facimus et maioris olim fore momenti speramus institutis per omnium fabularum scholia similibus disquisitionibus.

Sed gravius aliquid sciri et paucioribus etiam ostendi posse lactamur. intexit paraphrasta suis notulis veterem commentarium, ex quo pronanavit quidquid Rhesi scholiis praeter lexicorum fragmenta docti et antiqui inest. et huius quoque commentarii indoles in quamvis haecris reliquiis adgnosci potest. scriptus erat ut rationem redderet signorum quibus Rhesi editio instructa erat, vel potius unici illius apud tragicos signi γ, de cuius aetate longe aliter atque Lehrsius iudicamus. signo autem illo notata erant sive absurde sive inpropie sive contra veterum usum dicta. explicationem signorum excipiunt refutationes carundem rationum, petiae sive ex eadem Alexandrinorum grammaticorum penu sive ex nova argumentatione (plerumque impta) sive ex enchiridio illo mythologico cuius mentionem supra inieciimus. interiit haud raro aut signi ipsius commemoratio aut explicatio aut denique refutatio: olim vero has tres partes ubivis extisset prudentem non latebit, modo ne notissimi moris obliscaatur, quo grammatici codem signo repetito omnes deinceps locos notabant qui ad solvendam difficultatem aut probandam observationem ficerent. sic is qui signa posuit miratus est Rhesum, qui apud Homerum Eionei filius est. Strymone et Musa ortum dici, praesertim cum Musae ex vulgari opinione virgines essent et huius Musae ne nomen quidem esset indicatum (Terpsichoram nominavit Aristophanes in argumento secundum consuetudinem in Analectis Euripideis p. 185 explicatam), posuerat igitur τὸ γῆ ad versus 347, 351, 393. explicationes signorum truncatae sunt, sed sufficit 351 τὸ ὄνομα τὰς Μούσας οὐκ εἴρηται, ἢντι δὲ τοῦ διεξάγουσαν διὰ τοῦ Στρυμόνος ἡ ποταχὸς ἔγκων ἐποίησε. μάτιστα δὲ ἐπίληπτος επ .... V τὰν ιστορίαν. plura e refutatione superant cum 317 tum 895 ubi Ialemus commemoratus est secundum nonnullos item Musae filius. sumpta haec omnia sunt ex enchiridio mythologico. similiter certabatur, neque id iniuria, de vigiliis a poeta non satis distinctis (verum vidit Aristarchus), quae quaestio coniuncta est cum enumeratione non minus perplexa astrorum. huc signa spectant 5, 529, 510. schol. 529, in quo Cratetis Parmenisci Menecratis Aristarchi Λύσις; enarrantur, mutulum esse in ipso codice admotatum est: illud trium partium vestigia servat (τὸ γῆ) ὅτι οἱ ἥρηκτοι εἰς τρεῖς φυλακὰς νέμουσι τὴν νίκητα ..... δικαιορήσεις δὲ γῆ τις πᾶς (ἢντι) "οἱ τετράχαιροι νικητοὶ φυλακῶν" πέρις ἡ γητέον κτέ. idem luculenter probat a paraphrasta veterem commentarium compilatum esse, nam huius enarratio p. 20, 21—24 ex ea pendet explicatione quam illie legerat commendatam, neque aliter de p. 37, 3—6 iudicari potest. quod ad v. 185 adscriptum est de Achillis equis quo spectaret non intellegeremus, si solum servatum esset: collato v. 240 eluet opprobrio dari poetae quod et mutetur equorum immortalitatem ab Homero et nihil minus de equibus loquatur. 185 περὶ Ὀγκόνοις Θάρες τὴν ιστορίαν ἢντι γῆς "Χίονυστοι τε γάρ εἰσιν 240. ὅτι θηλυκῶν;" Ὁμηρος "Ξενίθεν καὶ Βασίλειν" καὶ "Ησσεδάριον ἐποξεῖτοι;" διὸ τὸ γῆ. veri simile igitur ad v. 7 (p. 20, 25) olim vituperatum fuisse quod poeta quae apud Homerum de Agamemnona dicta erant ad Hectorem transtulit. eiusdem generis sunt notae v. 28 de Europa Sarpedonis matre et v. 36 de Cronio Pane. utrobius larga extat refutatio ex enchiridio sumpta, unde lucem accipit v. 342 θεοῦς τὴν 'Αδρίστειν Λιός φροντίζει, ζῆλων τροφόν τοῦ Λιός φροντεύων, illustratur ratio exemplis; sequitur refutatio ἔνοι ἐτέρην μὲν 'Αδρίστειν φροντίζειν δὲ Λέμεσον.

τερ γένος της Αγίας Θάσου φέρει την πρώτης πατρὸς αὐτῆς Αγίας Αριστοχρήστης δὲ της Πρωτομάρτυρος της Αγίας Αθηνάς, reliqua deinde ut atque a grammatica confringuntur, non satis  
fuisse qui Adrasteam carentem cum Nemis lovis filia excusari ergo potuisse. — 500 πρώτην δὲ την της θεοῦ λαζαρίτην, θεού της πρώτης εἰς οὐατόπεδην γένος πατέρα  
δὲ θύρα την τραγίδια. — 508 de aia Thymbrae τηρεῖ την πατέρα, confirmatū hoc Dion. videlicet testimonio; refutatur inepita distinctione διαστήματος δὲ καὶ στίλοντος τοῦ πατέρος αὐτοῦ. — 518 την "πατέρα Μάρτην" παραγνάντα την της Εβραϊκής θεοῦ nomen primūtum hinc nō leges habuit πρότερον γράψαντες, sequitur narratio Demosthenis, deinde refutatio p. 27, 24 ταῦ δὲ τοῦ Τρίτου πατέρος την γράψαντες τοῦτον αὐτὸν. — similiter conceptum fuisse scholiū v. 509 nūne multū latum probabile est. — enumeramus nūne scholia refutationē parentēt. 165 γένος της οὐατής στη  
βασικήν στήθησαν. — 260 πατέρων την της θεοῦ λαζαρίτην διάφορον δὲ την "Αργυρούπολης Βίβλου" γράψαντα  
527 την νοστηρὰ ἔποντα την θύμην καὶ την πάσιν τηρεῖ αὐτὸν. — 502 πατέρα την γράψαντα πεπονιζόντην τὸ Ηελλάδον εἰδεῖται. — 521 Ηερούπολος την "πρότον" λέγει Βασιλεὺς οὐατής γένος οὐδέματος πάτερος σημαντεῖ δὲ τοῦ εργάσθεντος ultima e refutatione supersunt. — 716 τοῦ  
γένος την φλάκαριν κύτου φανηνην improbe cavillatur qui θεραπεύοντα καρπον ιτα interpretatur: «nam magis lapsus est 210 ἐπιθετὸν τετραποδίου κύτου (Dolonen) διὰ τοῦ λοιποῦ μόνο της Ομορού  
διὰ τοῦτο τὴν λοιπὴν κύτῳ πεπτιθεντον, atque Dolonem re vera indutum pelle lupina πεπτυόντων  
παραποτάτων λοιπούς κέφαλούς (uti similes insidiae passim de barbaris Americae incolis narrantur)  
vulgari per quintum quartumque saeculum forebatur fabula, cuius in litteris quidem nulla praeter  
hanc tragœdiā ad nos pervenit mentio, sed vascula Attica et antiquissima et recentia pietan  
hunculentissime hanc scenam exhibent: qua de re, et si copiosius atque doctius disputare facile  
est, satis nūne habemus Th. Schreiberi dissertationem Instituti archaeologici Romani annali 1875  
insertam nominasse.

Duorum hominum manus distinguendas esse, alterius qui dubitationes movent alterius  
qui crimina a priore notata diluerit in proposito est: iam vero mira protectoris explicacionem  
requirit, qui fieri potuerit ut tragœdiae Euripideae editio compararetur signis criticiis distincta  
nullo alio consilio nisi ut vitia aut sermonis aut compositionis notarentur. nam graviter vituperari  
artem Euripidis, veluti in Troadibus et Heeuba, haud ignoramus: talem editionem nullam  
fuisse contendimus nisi unius Rhesi: scilicet neque est Euripidis haec tragœdia neque antiquitus  
cadem omnium fuit credulitas. spuriam esse Rhensem signis notabatur, confidenter hoc  
pronunciaremus e sola conjectura: sed habemus testem locupletem, ipse enim scriptor v. 11  
adscriptis τῷδε καὶ τῷδε στρέπτος "Ἀργυρόλαζης" (πορφύρα: non amplius vocanda est Hartungii conjectura  
sed Laurentiani scriptura: 58 παραβολαῖς sed cum glossa πορφύρα, 821 παραβολαῖς habet τῷδε  
συνθέτος ἀναγρασσεν καὶ στην οὖσα Ερμηνεία ἡ στρέπτη: cum versus utpote antistrophicā  
responsione defensus omitti nullo pacto possit, aut desperaverem de scholio isto aut incredibili  
commenti sunt, sicut Schraderus (*de notatum critico* 29): delendum est Byzantini supplementum,  
fuit δέ τις οὖσα Ερμηνεία, scilicet Rhesus.

Tenemus igitur extitisse editionem Rhesi στρέπτου, extitisse στρέπτου explicandis  
signis scriptum ad demonstrandam spuriam eius originem, nihil est cur huius editionis aucto  
rem post Christum natum fuisse credamus, cum ex ipsis Aristarchi discipulis couplures

commemoret, minorem natu neminem. deinde alius extitit grammaticus qui in priore commentario novum extruxit refutatis quantum potuit dubitationibus, servato Euripidis nomine; hic Alexandrinorum grammaticorum sententias ab adversario tantum accepit, praeterea ex enchiridio illo post Apionem (schol. v. 28) ante Theocriti scholia (v. 36 cum Dindorfi nota) composito hausit. huius denique commentatorio pro fundamento usus est paraphrasta. iam reminiscamur argumenti, quo solo docti eramus fuisse qui de Rhesi origine dubitarent: τοῦτο τὸ δρῦς οὐνούσιον ὑπενόμου, Εὐριπίδου δὲ μὴ εἴναι, τὸν γάρ Σοφοκλέους μάλισταν ὑποχρίνειν γραμμήρα. ἐν γέντοι τοῖς διδασκαλίκηις οὐς γνάσιον ἀναγέρειται, καὶ ίτο περὶ τῆς μετάποντος δὲ ἐν σύνθετη ποιητικῷ μαθησίᾳ τὸν Εὐριπίδην ὄμολογεν. adgnoscimus facile eosdem homines, alter dubitationem movet, a qua alieni fuerunt Aristophanes Aristarchus Crates (de Parmeniseo dubitari potest), alter satis eam credit refelli e studio astrorum, quod quantas turbas excitasset e scholiis noverat, et ex didascaliorum testimonio, quod ei haud dubie ex Aristophanis argumento etiamtum integro immotuit. uter perspicacior fuerit nolumus fusius persequi: constat hanc tragediam circa Demosthenis actatem ex imitatione cum Sophoclis tum Euripidis ortam esse Athenis. at unum adumbrare iuvat, quae siverit quispiam, ex eaeis praeceps quorum feray haec actas est Sophoclis admiratoribus, quomodo is qui tot ac tam gravia vita Rheso exprobarit de Sophoclea cogitare potuerit imitatione, desiderari praeterea in scholiis, quod neglegi sane non debebat, imitationis illius testimoniis adstructae documenta. respondemus nec hoc iure dici, quoniam vestigium monstratae olim imitationis quamvis tenue et truncatum superest ad v. 105, ubi ad verba εἰδούσης τοιούτης λόγοις ισχεῖν. sed hoc sane ambiguum; contra manifestum est Rhesum adPLICATAM esse magna ex parte ad imitationem Pastorum Sophocleae, namque ibi quoque scaena erat in castris Trojanis, argumentum duplex, et Protesilaui et Cyni interitus: haec nihil essent, sed accedit quod chorum audimus de pecoribus suis multa narrantem paene nimis rustice, ita ut Hermannus coniecerit quarto loco actam esse tragediam (quod missum faciendum est); unus autem e pastoribus describit adpropinquantem Cyni exercitum 459 οὐσιωντας γάρ πρὸ τῶν κώλυτῶν ὅρην Θελλάδον γεμαζόμενον νεοπτέρας Εἵδους στρατὸν στρέψοντα περιπλίκην πέτραν. hinc totus pendet Rhesi nuntius, ac persentisimus profecto parum cautam imitatoris artem ubi Hectorem temere effluttire andimus 206 ἡ πόλις χρυσότας συνὶς πότεσται: οὕτων· Καὶ γάρ σὺ πολύνοντας δεσπότας τεγχεπόρος; Ήταν οὖντος χρυσόλινον κτέλον πότερον nihil est quod in Rheso legenda plus taedii moveat quam tumidissima et Hectoris et Rhesi gloriatio: at Sophocles consumili artificio barbaros mores pinxerat, nec dubitamus magno poetae bene edere potuisse, quod in plumbeo imitatore bilem movet. supersunt e Cyni ventosis minis haec aliena quidem a solita tragediae grandiloquentia sed non indigna summo Britannorum tragico aut Goethio invene 458 καὶ γάρ οὐρανοῖς στήτιξεν εἰς βρύθον θάλατταν αργιόν τοποτίου πολέας.

Ita sensim ex molesto scholiorum situ in lactissimos tragediae campos delati sumus. speramus nos demonstrasse, non solum oportere ut scholia studiosius quam fieri solet tractentur, sed etiam hauriri inde posse quod gusto non sit insuave. sed scimus via nos duxisse lectores salebrosa et pulverulenta. quid quod veremur ne disputatimiculam nostram perfecturi sint vel duo vel nemo. quodsi tamen duos illos inventuri simus, ut gratum eis faciamus, ceteri autem

ne nimmo fastu scholiorum studium contemnunt vera producuntur margaritula quae in codice  
multo etiam deterioribus et ex parte plane putidis magnus etiam in nostra arte deus. Casu  
nobis obtulit obferet sine dubio plura eiusdem generis necopmantibus sed non tasi quae  
rentibus: τοις γάρ παντας καὶ θεός οὐδὲ γέρων.

Ad Aristidis Perilem scholiasta (p. 185 Dind.) adscriptis τοις δέκα σπερμάτοις τοις δέ  
Συγκριτικής ἀπότομος απότομος Ανδρασίον.

|                                 |                   |
|---------------------------------|-------------------|
| Σοφρότης: Ανθρώπους;            | ex Erechtheide I  |
| Σεργάνης ἐκ Κερύκου, ἡ παιστίς, | ex Aegeide II     |
| Ἀνδρασίδης: Κροκόπετρας         | ex Pandionide III |
| Κρέων Σαρχερανδης               | ex Leontide IV    |
| Περιάλης Νότιοργενης            | ex Acamantide V   |
| Πλούτων ἐκ Κερύκου              | ex Acamantide V   |
| Κελλιαστράτος Αγγρέως           | ex Oeneide VI     |
| Ξενορρόν Μελιτεως               | ex Cecropide VII  |

dolebamus cum Ioanne Gustavo Droysenio qui de hoc scholio praeclare disputavit (Herm IX 4): fuere coupures qui ineptire malentes unicum denorum praetorum laterenum qui et plenus olim fuisset et pagorum nomina adderet et sacratum tribulum ordinem servaret librarii socordia mutilatum esse: non una de causa scire cupiebamus quacunam ex tribus reliquis tribubus illo anno praetorem non dedisset. Pericle et Glaucone ex Acamantide creatis tollit dolorem, satisficit cupidini, confutat, si opus est, ineptias supplementum scholii quod in codice Marciano 423 legimus.

|                       |                      |
|-----------------------|----------------------|
| Πλούτοποτας Αέτηνες;  | ex Hippothontid VIII |
| Κλειτοράνη Θεοποτεύς; | ex Antiochide X      |

alterius viri nomen in codice corruptum est in hunc modum Κλειτοράτης: Αἴθρενης: utrumque aliunde nos certe non novimus. carebat tribuli inter praetores Acaitis.

